

*24. Instrumentum venditionis di
Giovanna in favore di Gerardo
de Cannilla e Ilario de Bigio*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*24. Instrumentum venditionis di
Giovanna in favore di Gerardo
de Cannilla e Ilario de Bigio*

1303-11-01

Anno dominice incarnationis millesimo tricentesimo tertio, regnante domino nostro domino Carolo <secundo> Dei gratia gloriosissimo rege Hierusalem, Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, Provincie et Forcalquerii comite, regnorum vero eius anno nonodecimo feliciter amen, mense novembris primo eiusdem, secunde inditionis,

Constitutus in nostri presentia Bernardi de Connistabulo regii iudicis Potentie, Ioannis de Gonnella puplici eiusdem terre notarii et testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, Ioanna mulier, filia quondam Gulielmi, habitatrix Vineole, consentiens in predittos iudicem et notarium tamquam in suos iudicem et notarium, cum sciret ex certa eius scientia ipsos suos iudicem et notarium non esse, presente et consentiente, volente et ratum habente omne et totum quod continetur in presenti toto contrattu Francisco filio Ioannis de Strangio de Vineola eius viro et legitimo mundualdo, vendidit et tradidit Girardo de Cannilla et Ylario de Bigio, civibus et habitatoribus Potentie, omnes terras // (c. 258r) cultas et incultas quas dixit se tenere et possidere in tenimento Potentie, in contrata Male Mulieris et in contrata que dicitur Calomum, que condam fuerunt Nicolai de Daugro viri sui, legatis <sic> sibi ab eodem in ultimis vite sue causa restitutionis dotium, quarum <sic> cum finibus et ingressionibus earum ad eas rationabiliter spettantibus et pertinentibus; has autem terras qualiter sunt earum finibus circumdatas per designata latera quatuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis predittis Girardo et Ylario vendidit et tradidit, ut dittum est; pro quibus recepit ab eis nomine pretii in argento numerati, ut confexa est, unciam

unam et tarenos decem et otto, totum videlicet pretium venditionis ipsius, renuntians exceptioni non numerate pecunie et non ponderati seu alti auri; quapropter presente et volente ditto Strangio viro suo dedit et tradidit tam ditto Girardo et Ylario quam eorum heredibus liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi nec non et quocumque modo voluerint alienandi predittas terras, cum omnibus finibus, accessionibus et ingressionibus earum. Insuper, presente et volente ditto viro suo, repromisit eis et suis heredibus eas defendere et guarentire contra omnes homines qui eos vel heredes suos de predittis terris molestare vel inquietare tentaverint more iudiciorum; et si preditta Ioanna vel sui heredes vel aliquis per eos vel eorum heredes contra prefatos // (c. 258v) Girardum et Ylarium vel eorum heredes de predittis terris aliquo tempore venerint vel eas sibi deinceps calupniati fuerint seu per quemlibeth <sic> ingenium ipsas ab eis repetere vel subtrahere questionem aut eas eis defendere et guarentire ab omnibus hominibus, ut supra dictum est, noluerint more iudiciorum, debeant componere nomine pene augustales auri viginti, medietatem predittis emptoribus vel eorum heredibus et alteram medietatem reginali curie, preditta venditione nihilominus rata perpetuo permanente. Propterea gaudiam, ditto viro suo presente et volente dittis emptoribus ex eis et fideiubsores de evitione eis proinde posuit Riccardum Pignatarium de Potentia. Et insuper dicta Ioanna mulier venditrix, presente et mandante ditto viro suo, iuravit ad santa Dei evangelia corporaliter tatta contra presentem venditionem nullo umquam tempore <venire>, sed eam ratam et firmam observare perpetuo.

1

2

3

4

5

Et taliter ego predittus Ioannes de Gunnella
puplicus Potentie notarius, de mandato contrahentium
predittorum, hoc instrumentum venditionis scripsi quia
interfui et meo signo signavi; quim autem superius in
septima et decima linea abrasum est, legitur «dedit» per
me predittum notarium abrasum est et emendatum, non
vitio sed errore. † Bernardus scripto iudex testatur in
istis <sic> † Ego Iacobus de Elza presbiter ecclesie Santi
Michaelis interfui

6

Così S per constituta

*Così S verosimilmente per Calomnium, ovvero località
Calognio*

Così S per quesierint

Così S per dedit

Così S per electi

Così S per Eldeza (da docc. coevi)